et uxori eius ac variae conditionis hominibus illatis nunc die Dominico in summum praeiudicium et oppressionem ipsius sibi generis et conditionis paris ac in contemptum legum publicarum securitatisque et tranquillitatis publicae adhibitis sibi multis famulis subditis et variae conditionis hominibus tempore nocturno hominibus iam somno deditis et ipso pace publica assecurato quiescente manu armata cum pixidibus et lanceis violenter invaserunt tandem foribus per vim ruptis extrusis et fenestris exiectis ipsoque protestante apprehenso concusserunt et ignominiose variis modis ac gariando tractaverunt qui nisi saluti sue consulendo manus eorum violentas evasisset actum esset debito illius bis non contenti et consorte eiusdem protestantis a priori nimia concussione nundum ad priorem sanitatem reversa adhuc districta et e domo eius fugata infante eius nobili Petro dimidium annum habentem ex cunabulis arrepto in terram proiecerunt et super ipso aliquoties ex bombardis pulvere tormentario eiaculati sunt a qua detrusione et perterrefactione adhuc vix aliquantulum spirat sed de vita eius periclitatur postmodum scamna mensas patinas orbes vasa domestica fornacem confregerunt vestes muliebres et ipsius caligas domestici laboris receperunt domum desolaverunt et hucusque indiscrimen vitae et substantiae illius machinantur persecutionem faciunt ita ut domo relicta alio se conferre coactus est vulneraque ei [illegible] inflixerunt prout protestatio latius obloquitur faciendo praemissa in grave praeiudicium Actoris. Citat Itaque decernend super ipsos poena legum infamia Regni iuxta delictum eorum clementias videlicet infamia decerni Citatione ipsa cuius copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Stanislaus Zalewski ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis Zawady apud dictum Joannem Zawadzki posuit et depositione Christophoro Sokolski in simul Citato praedicavit de his latiore ad officium praesentis Castrensi Capitaneali Bransciensi per Ministerialem Regni Generalem Dictum Benedictum Brossewski iunctae Clamat et non comparens in termino primo in poena contumaciae iudex condemnavit

Brzozowski **Bannitus**

Super Citationem Literalem Castrensi Capitaneali Bransciensi tenoris talis Habet [illegible] Joannes in [illegible] Bransciensis [illegible] Capitaneus filio Nobili Paulo olim Joannis [illegible] Brzozowski Cum omnibus bonis tuis Vigore Regio et nostra Capitaneali mandamus ut Coram Iudicio nostro Castrensi in Curia Regia Bransciensi in Terminis Iudicialibus Criminalibus Querelarum ac Causarum officii Capitanealis Castrensis Bransciensis feria secunda post datam seu positionem praesentis Citationis proxime celebranda personaliter et peremptorie compareas ad instantiam Instigatoris Iudicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Gregorii olim Pauli [illegible] in Brzozow heredis Quem te Citat [illegible] et de Regno [illegible]

Dominiisq eidem annexis proscribendi ex eo quia tu commotionem seu sortem de brachio Regali intromissionis in bonis tuis per Vices gerentem officij nostri Castren. et Nobiles officiose effectuatam in susceptione circa oblationem tuam judicialiter factam Intromissionis in poena quatuordecim Marcarum juxta Decretum Tribunalis in Causa estitatis praeal. Banniciones super ipso ob non satisfactionem praeal. duplici trigesta Marcar. attemere obiectum ignobilitatem sedicialitatem non admisisti imo temere denegasti per quod poenam Banniciones succubuisti ad quam super te et bonis tuis oibus decernendam ad per Mcem promulgandam citaris Juditialiter per Terminum attentatu et censuris. Datum in Curia Regia Branscen. Feria secunda post Festum Sanctorum Trium Regum proxima Anno Dni Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Cuius Citationis Copiam Sigillatam Mtis Regni Generalis Providus Joannes Sieshaj a duabus integris ante Terminum praesentem septimanis in bonis Citati propriis posuisse et per actum recognovit Memoratus autor Citatam supra nominatam partem. Ad Judicium praes. Castren. Capitaneale Branscen. per Mcem Regni Genem Nobilem Benedictum Drozenski ultra ceris formam tribus quatuor clamati et non comparentis in poena Banniciones ex tenore ordine ac admissione Judicij praesentis Juditu condemnavit. Et Judicium praesens Castren. Capitaneale Branscen. bina et unus debita Citati clamati et non comparentis Contumaciam et temeritatem non commovi et parti actoris affectioni ac contentis Citationis inhaerendo. Super praedicto Citato et bonis eius oibus poenam Bannitionis decrevit quemque Citatum non ex nunc Bannitum et de Regno proscriptum pronunciat et ad publicandam eandem poenam Banniciones Mcem Regni Gnlem Nobilem Benedictum Drozenski addit et deputat. Qui quidem Mtis Generalis ad id deputatus referens eundem Citatum decreto praesenti Bannitum et proscriptum in facie Judicij praesentis ad foro publico oppidi huius in praesentia multorum hominum foro ferendi praesenti congregatorum alta sua voce proscriptum publicasse et proclamasse Juditu recognovit de quo Juxta vellorum fecit.

Włostowski cum Izdebska Motio

In Causa et Actione inter vertente inter Nobilem Joannem Vladislaum Włostowski filium Nobilis Alberti Włostowski in Włosti Olszanka et Ckroki haeredem actorem et Nobilem Agnetem Cruszenska filiam Nobilis Joannis Cruszynski relictam Nobilis Andreae Izdebski in Trzeszkowo et Barszczyna haereditarium

citatam